

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XVI.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122**




10. 1. &c. *Betharaba*, oppidum in extremis finibus tribus Benjamin prope Iordanem, Ios. 18. בתעריבה domus deserti. *Meddin*, nisi in deserto poneretur, existimarem *Medin* Maccabæorum arcem esse, 1. Macc. 2. 9. 13. מדין modius. *Sachacha*, סככה tecta. *Nebfan*, pinguis.

*ENGADDI*, in littore maris mortui, paulum supra Sodomam, ubi *Dauid* oblata occasione interficiendi *Saulem*, tamen ei parcat, ne autor esset seditiosi exempli in populo Dei, 1. Reg. 24. *Plinius* lib. 5. cap. 17. *Engadda* oppidum fuit secundum à *Ierosolymis* fertilitate, palmetorumq; nemoribus, nunc alterum bustum. עין גדי Engedi, oculus hœdi. *Hiebusæum* habitatores *Ierusalem* non potuerunt delere filij *Israël*. donec Rex *Dauid* expugnata arce *Sion* funditus eum deleuit. Quod verò alicubi in hoc catalogo plura oppidorum nomina recitantur, quam numeri adiuncti colligunt: causam esse consentaneum est, quod multa *Iudææ* loca, tribui *Simæon* postea, Ios. 19. attributa sunt.

Cum autem tot oppida *Iudææ*, quæ deinceps etiam tribubus *Beniamin*, *Simæon* & *Dan*, bona ex parte distributa sunt, in hoc catalogo enumerentur: mirum est, quo consilio, oppidum *BETHLEHEM*, seu *EPHRATA*, cuius in antiquissima *Genesis* historia mentio fit, & in quo *CHRISTVM* seruatorem nasci oportebat, præteritum sit. ut de multis alijs, quorum in historia *Moyse* & prophetarum, & *Hieronimo* præcipue in locis *Ebraicis*, mentio fit, nihil dicam. *Gerara*, *Bersabææ* vicina, quæ domicilium *Abrahæ* & *Isaac* aliquamdiu fuit, Gen. 20. 26. *Thecue*, patria prophetæ *Amos*, & mulieris *Thecuitis*, 2. Reg. 14. *Ierem.* 6. 2. *Paral.* 11. distat duobus miliaribus à *Ierosolymis* versus *Engaddi*. *Nobe*, ciuitas sacerdotum, à *Saule* euerfa, inter *Arimatheam* & *Ioppen*, cuius mentio fit, 1. Reg. 22. *Esa.* 10. *Esd.* 11. *Bethaniam*, patriam *Lazari* & *Mariæ*, Ioh. 11. existimo *Bethanoth* in hoc catalogo nominari. *Bethphage*, vicus ad montem oliuarum, Matth. 21. *Bethacaris*, domus vinearum, 1. Reg. 7. *Ierem.* 6. *Bezor*, torrens ad *Sicelech*. *Neeschol*, torrens ad *Hebron*. *Ieruel*, vallis benedicta, inter *Engaddi* & *Thekoam*. *Petra*, prope *Sihor* seu *Rhinocolurum*. *Eleutheropolis*, in *Hieronimo* & *Itinerario Antonini* celebrata. duobus miliaribus à *Ierosolyma* versus meridiem & occasum distat, long. 65. 44. latit. 31. 53. *Nicopolis*, prope *Emmaus*. *Casphin*, prope *Iamnam*. *Dessa*, prope *Ierosolymam*, 1. Maccab. 5. &c.

## Caput XVI.

 Horographia limitum tribus ortæ ab *EPHRAIM*, qui fuit filius *Ioseph*, Gen. 41. adoptatus ab auo *Iacob*, Gen. 48. benedicatur, Gen. 49. *Deut.* 33. stirps amplissima & populosissima tribus *Ephraim*, quæ etiam ante *Moyse* *Palæstinam* inuasit, 1. *Paral.* 7. & postea præstantissimos duces populo *Israël* dedit, *Iosvã* successorem *Moyse*, Num. 13. 14. *Hieroboam* primum regem *Israël*, 3. Reg. 12. *Deboram* prophetissam, *Iudic.* 4. *Abdonem*, *Iudic.* 12. & præcipuum robur regni *Israël* fuit, de quo etiam *Dauid* *Psal.* 60. 108. gloriatur, Meus est *Manasse*,



Manasse, & Ephraim fortitudo capitis mei. Quare etiam præ cæteris Iudic. 8. 11. tribubus se efferebat, & sedem religionis, quam in suæ tribus oppido Siloh aliquot seculis tenuerat, vnâ cum regno in tribum iuda transferri, ægerrime tulit, & oblata occasione post mortem Salomonis proprium regnum & religionem, quamuis falsam, sibi ipsi & adiunctis nouem tribubus constituit, 3. Reg. 12. Ideo sæpe Ephraim, pro toto populo Israël, seu regno decem tribuum sumitur, præcipue in Osea, Esa. 7. 28. & alibi.

Filij & familiæ Ephraim recensentur, Num. 26. 1. Paral. 7. & alioquin eius mentio fit, Num. 1. 2. 7. 10. Ios. 16. 17. Iudic. 1. 5. 8. 12. Psal. 80. &c. מְרִיבֵי foecundus, fertilis, אֲרֵרֶם fructum vberem tulit, creuit, Gen. 41.

LIMITES TRIBVS Ephraim & dimidiæ tribus Manasse sunt: ab oriente, Iordanis: à meridie, tribus Benjamin & Iudæ: à Septentrione, tribus Isaschar, à mari Galilææ ad Ietzraël & Doram: ab occasu, mare mediterraneum, à Dora seu Mageddo ad Ioppen.

TEXTVS. *Cecidit fors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho* (qua fuit propè Iericho) versus orientem vsq; ad aquas Iericho (fontem irrigantem agrum vrbis Iericho foecundissimum, longitudine duorum miliarium, latitudine dimidij) & solitudinem (loca asperiora) quæ ascendit in montem Berhel (domum Dei, de qua supra cap. 7. fol. 49.) & inde Luzam (amygdalam) transitque terminum Archiatharoth (propè Cefalon & Bethoron, supra Emaus) quæ vox latine decentes coronas significat. *Terminum Iesleti.* Existimatur regionis nomen esse, in qua Archiatharot situm sit. יֵשֶׁלֶתִי Iaphleti, euadens ex periculo. *Vsq; ad terminos Bethoron inferioris,* long. 65. 54. lat. 32. communis limes tribuum Ephraim, Benjamin & Iuda. בֵּית הַחֲרוּתִים domus latibuli. *Gazer,* vrbs Leuitarum, Ios. 21. 3. Reg. 9. non procul à Casarea Stratonis. גַּזְרֵי diuisio. Hactenus limites vtriusque tribus Ephraim & Manasse communiter definiuit. Nunc denuò terminos tribus Ephraim describit. Orientalis limes est *Astaroth Addar*, in ripa Iordanis, è regione Bethabara, propè Iericho, long. 66. 16. latit. 32. 1. Ebraicè אֶסְתָרוֹת אֲדָדָר Ataroth Addar, coronæ magnificæ. vt in Transyluania est Cronenstad / & Lübecam / Henetis coronam significari aiunt. *Machmethah*, infra Samariam, long. 66. 24. lat. 32. 14. Ebraicè מִכְמֶתָה Michmetha, à מָכָה oppressit. *Thanatselo*, fatalis felicitas, inter Samariam, & Iordanem. יָנוֹעַ, inter Thanatselo & Machmethah. יָנוֹחַ Ianoah, quietus. *Noaratha*, à Hiericho versus septentrionem, ferè duo miliaria distat. נַעֲרֹתֵי pueri, נַרְרִיתִין. *De Taphua*, inter Iericho & mare mortuum, propè Betharaba. מְדִינַתֵּי medians. *Non interfecerunt Cananeum in Gazer.* Salomonis ætate, Pharaõ rex Aegypti, captam deletis Cananæis urbem, filiæ, vxori Salomonis, in dotem dedit, 3. Reg. 9.

## Caput XVII.

**G**ENEALOGIA patriarchæ Manasse, & CHOROGRAPHIA regionis, dimidiæ tribui Manasse, cis Iordanem attributæ, in qua tamen, Ephraitæ passim permixti habitauerunt. Fuit autem MANASSE, filius patriarchæ